

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum ad Locum 1. Thessal. V.21

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus
Winter, Johannes Christoph**

Argentorati, 1705

VD18 11641991

§. 1

urn:nbn:de:bsz:31-105849

CAPUT II.

§. 1.

Postquam autor cap. 1. de *libertate religionum* varia disse-
ruisset in genere, jam ad *divisionem* pergit cap. 2. p. 11. von
den mancherley Arten der Religionis prudentum, ubi distinguit
& dividit in *Crassissimam*, quam fusè & in specie exponit, c. 3.
Crassam de qua c. 4. & *Subtilem* de qua c. 5. Rursus in *Ecloga-*
riam magnam, de qua ex professo c. 6. *mediam*, de qua cap. 7. &
minorem, de qua c. 8. prolixius & in specie mentem suam expo-
suit. Nos autoris ductum sequemur, atque breviter tantum
de singulis dicemus, eo quod explicatio prolixior ad sequen-
tium capitum examen servanda erit. Sive autem distinctio-
nem dicere velis nominum, sive rerum, nobis de vocabulo non
erit lis magna, quanquam existimemus esse tantum æquivocum
in sua æquivocata distributionem; qui enim nomen Religio-
nis omnibus his enumeratis speciebus verè & quoad rem com-
petere possit? cum ad atheismum quædam potius spectent,
quam ad religionem, uti mox explicabitur.

§. 1.
Ordo.

§. 2.

Quod enim titulum capituli de *Religione* inscripsit, lusus est
in vocabulo mitiori, vel pulchriori, quo rem fœdam, id est *Syn-*
cretismum vel atheismum colore eximio pingere voluit, ut tan-
tum gratiorem redderet, quod *Syncretismi* vocem exosam ni-
mis bene nosset. Est autem hæc ita dicta *Religio prudentum*,
potius *contagium religionum contrariarum*, quam vera religio:
Est *Theologia Politica, Pyrrhonica, Sceptica*, quemadmodum pla-
cuit appellare B. D. Bebelio secuto B. Dannhau. Sigal. p. 87. qui-
busdam *Syncretismus* audit, à συζυγῶσιν confluere, converrumi-
nare, ut fabri ferrarum metalla, vel ferra constant. Et quis confu-
sionem Babelicam illam Samaritanorum &c. & quorum ipse
meminit autor c. 3. &c. *Religionis* vocabulo, cohonestare
audeat.

§. 2.
Religio.

§. 3.

Nec juvat alterum, quod prætenditur, nomen speciosum
Prudentum; nam etiam illis, qui hanc animo suo concipiunt,
G nomen

§. 3.
Pruden-
tum.